UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Aurea Rosa id est preclarissiam[!] expositio sup[er] euangelia totius anni: de Tempore [et] de Sanctis. tam s[ecundu]m ordine[m] Predicato[rum] q[uam] s[ecundu]m Curia[m]

**Mazzolini, Silvestro**

**[Augsburg], 31. Okt. 1510**

**VD16 M 1750**

Feria tertia post d[omi]nica[m] ij. quadrage. Text[us] eua[n]. Mat. ca. xxiij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70429

Visual Library

bat hoīem in morte omiſſis oībꝫ debere ſolū de ſua aīa curare. Et ſcdo aſcēdit crucem tanq̄ ſpeculā .i. turrim cuſtodie: q̄ clamat nobis viatoribꝫ vt caueamꝰ ab hoſtibꝫ. Et ibi clamauit clamore valido. ſcz oris ꝛ lachrymaꝝ: vt pꝫ Heb. v. Et clamore ſanguis melius clamantis q̄ Abel Eiuſdē. xij. quia. ſ. clamabat miſc̄diam vt ille vindictā. Et clamore etiaꝫ cordis qḋ apto latere patefecit. Et tertio tanq̄ ſpectaculū. vt nos tanq̄ aues euolātes ad ſe reuocet/oñſa carne cruēta. Et quarta tanq̄ paxillū: in q̄ antiquo more oīa ꝑdita bona inuenta eſſe monſtrauit. ſ. grām dei ꝛ facultatē reintrādi ad regnū celeſte. Olim em̄ ꝯſueuerāt inuēta ſuſpēdi in paxillo vt ea viderent q̄ ea ꝑdidiſſent.

## Feria tertia poſt dñicā. ij. quadrage. Textꝰ euā. Mat. ca. xxiij.

Locutꝰ ē Jeſus ad turbas ꝛ ad diſcipl'os ſuos dicēs: Sup cathedrā moyſi ſedert ſcribe ꝛ phariſei: oīa ergo quecūq̄ dixerint vobis: ſeruate ꝛ facite. Scdm̄ vo opa eoꝝ nolite facere. Dicunt em̄ ꝛ nō faciūt. Alligant aūt onera grauia ꝛ importabilia ꝛ imponūt in humeros hoīm: digito aūt ſuo nolunt ea mouere. Omnia em̄ opa ſua faciunt vt videanꝭ ab hoībꝫ. Dilatāt em̄ phylateria ſua: ꝛ magnificant fimbrias. Amāt aūt primos recubitꝰ ī cenis: ꝛ primas cathedras in ſynagogis ꝛ ſalutatiōes in foro: ꝛ vocari ab hoībus rabbi. Vos autē nolite vocari rabbi. Vnus eſt em̄ magiſter veſter. Om̄es aūt vos frēs eſtis. Et patrem nolite vocare vobis ſup terraꝫ. Vnus eſt em̄ pater veſter qui ī celis eſt. Nec vocemini magiſtri: quia magiſter veſter vnus eſt chriſtꝰ. Qui maior eſt veſtrum erit miniſter veſter: Qui autē ſe exaltauerit humiliabitur: et qui ſe humiliauerit exaltabitur

Locutus eſt Jeſus ad turbas ꝛ ad diſcipulos ſuos ꝛc̄.) Matt. xxiij. Jn p̄ſenti euāgelio chr̄us vult platis dare tres regulas. Prima eſt ꝙ ſubditos verbis ꝛ exemplis inſtruant. Scda ꝙ ſibi ipis fortia: ꝛ ſubditis leuiora imponāt. Tertia ꝙ de poteſtate ſibi collata nō glorienꝭ vel ſuperbiāt. Contra p̄mā faciūt p̄lati verboſi: ꝛ ꝯtra ſcdam ſupſtitioſi: ꝛ cōtra tertiā ambitioſi. Jgiꝭ in eodē p̄ſenti euangelio tangunꝭ tria puncta: que ſunt/ Admonitio, rephenſio/ ꝛ exhortatio.

Quantū ad p̄mū tangitur admonitio quia chriſtus admonet diſcipulos ꝛ om̄es fideles: vt quādo p̄dicator bn̄ dicit ꝛ male facit: doctrine ꝛ nō opibꝫ attendamus.

Pro quo ſciendū eſt ꝙ quādo ſaluator iſta dixit: ſcribe ꝛ phariſei magnas ꝑſecutiones oſtenderāt contra eum: detrahentes doctrine ꝛ miraculis ꝛ vite eius. Et ſicut dicit Chryſ. peccabant ex malicia ꝛ erant incorrigibiles. Chriſtus ergo dicebat publice eorum iniquitates: quia auertebāt populū a fide. Dicitur ergo (Locutus eſt Jeſus ad turbas ꝛ ad diſcipulos ſuos dicens: Sup cathedrā moyſi.) Jſta cathedra dupliciter accipiꝭ. Moyſes em̄ fuit doctor populi ꝛ iudex: ꝛ ſic duplicem habuit cathedram: ſcꝫ docendi ꝛ iudicandi. Sedere ergo ſup cathedrā Moyſi ſecundā/ eſt ſuccedere ei in auctoritate iudicandi populū: ſicut ſucceſſerūt quidā ſcribe ꝛ phariſei. nam a tēpe Moyſi fuerunt conſtituti a deo ſeptuaginta ſenes etate ꝛ ſcientia ꝑuecti: q̄ cū Moyſe haberēt curā populi. ꝛ dicebanꝭ iudices ordinarij: quia ad ipos fiebat recurſus in dubijs cauſis: ꝛ ſine eis magne cauſe nō tractabanꝭ. Et iſtud apud iudeos fuit obſeruatuꝫ q̄diu fuerūt in ſua ptāte: vt pꝫ in libro chanbedrim hieroſolymitano in c. de iudicijs pecuniaꝝ. ꝛ in li. abodozara ca. j. Sedere ve

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ro ſup̄ cathedrā Moyſi p̄mā: eſt habere officiū docendi legem ⁊ doctrinā Moyſi. Et ſic loquitur ſaluator hic: qꝛ ſup iſtā (ſederunt ſcribe) i. legis moſayce doctores dicti nō a ſcribēdo ſ; a docēdo ſcp̄ta (⁊ phariſei). i. religioſi qdā q̄ etiā habebāt officium docēdi ⁊ exhortādi pp̄lm. (Oia ḡ q̄cūq̄ dixerint vobis) ꝯſona legi Moyſi (ſeruate ⁊ facite) ope exeq̄ndo. qꝛ vt dt Chryſo. nō docēt ſua: ſed q̄ deus p Moyſen mādauit. Sed hic mouet Orige. q̄ſtionē qꝛ iſti docebāt eſſe ſuāda legalia: puta q circūcidamur. ⁊ ſacrificemus tauros ⁊ hircos ⁊ hmōi: q̄ obſeruare in noua lege eſt pctm̄. Ad hoc dicit idē Orige. ⁊ ſā. Tho. q doctrina iſtoꝝ debebat obſuari q̄ ad legalia vſq ad chr̄i paſſionē tm̄: qꝛ vſq tūc obligabantur oēs iudei ſeruare legalia: ſ; p̄cepta moralia ſp erant obſeruāda: qꝛ non erant vmbra futuroꝝ vt legalia cerimonialia. Sed de ptinentibꝫ ad mores hic loquitur chr̄s ſm Aug. ſimplr. de alijs ꝓ tp̄s iuxta intentiōem legiſlatoris. Itē cōtra: qꝛ iſti docebāt quedā qbꝫ filij retrahebantur a debito honore parētū: vt pꝫ Mat. xv. Itē docebāt doctrinas hoim. vt dicitur ibidē. i. doctrinas talmudicas: in qbꝫ multa ꝯtinentur diſſona moribꝫ bonis. Ad hoc dico q ſaluator loquitur ò his que docebāt ex pſona Moyſi: q. ſ. erāt a Moyſe dicta vel ꝯſona dictis eius: ſicut ſi ego dicaꝫ q p̄dicatores noue legis ſunt audiēdi: intelligendū eſt inquantū p̄dicant ꝯſona noue legi ⁊ nō aliter (ſm ꝓo opa eoꝝ nolite facere) qꝛ opa eoꝝ mala ſunt: ⁊ doctrina bona. Chryſ. Sicut aurū de terra eligitur ⁊ terra relinquitur: ſic auditores doctrinā accipiāt ⁊ mores relinquant. Freq̄nter em̄ de hoie malo bona doctrina pcedit. Hec ille. Sed q̄re chr̄s ita patēter corā omi populo viros religioſos. i. phariſeos diffamabat? Ad hoc dt ſm ſ. Tho. iij. q. xlij. q hoc ideo fecit: qꝛ erant impedimentū ſalutis pp̄lo: verbis impugnādo eius doctrinā: ⁊ factis vitā pp̄li corrūpendo. Et ideo detegenda erat eoꝝ ſimulatio ⁊ malicia: que in damnū pp̄li vertebatur. Sed cōtra. Seniorē ne increpaueris: vt dt Ap̄lus. j. Tim. iiij. Ad hoc dt a ſctō Tho. vbi ſup. q veꝝ eſt de ſene etate ac honeſtate. Iuxta illud Num. xj. Quos tu ſcis q ſenes ſint: ſed ſi autoritatē ſenectutis vertāt in inſtrumentū malicie publice peccādo: ſūt publice ⁊ acriter rep̄hendendi. Iuxta illud Dan. xiij. Inueterate dieꝝ malorum. Hec ex illo. Peccata aūt iſtoꝝ erāt publica: puta detractio ad doctrinā chr̄i: ſ; non eſſet publicū omibꝫ q male dicerēt. Ideo chr̄s habuit declarare q ei iniuſte detrahebāt: qd facere non potuit niſi eos infamādo. Infamabat ḡ eos ad finē bonū ⁊ licitū (Dicūt em̄) bona (⁊ non faciūt) bona ſed mala. In hac pte eſt documētū qd tāgit Chryſ. dicēs: Sicut ſacerdotes melius iudicāt: ꝓpter bonos malos docere: q̄ ꝓpter malos bonos negligere: ſic ⁊ ſubditi ꝓpter bonos ſacerdotes etiā malos honorēt: ne ꝓpter malos boni etiā cōtēnantur. Melius ē ei malis iniuſta p̄ſtare q̄ bonis iuſta ſubtrahere. Hec ille.

Quantū ad ſcd̄m ponitur rep̄rehēſio vite phariſeoꝝ ⁊ ſcribaꝝ: q̄ ꝓpterea q boni videbantur multos auertebant a fide: cū dicitur (Alligāt ei onera grauia ⁊ importabilia) id eſt mādata legis moſayce ſm Chryſ. ſup Matt. q̄ lex a btō Petro Act. xv. dicitur iugū qd patres noſtri portare non potuerūt. Iſta aūt mādata acriter ⁊ ſcrupuloſe docebāt: qd eſt onera alligare. Sed ꝯtra: quia ſm Hiero. deus nihil mandauit impoſſibile ⁊ ꝯſeq̄nter neq importabile. Ad hoc dico q mandata legis dicta ſunt importabilia p exaggeratiōnē: qꝛ difficulter erāt portabilia: maxime eo modo q̄ iſti docebāt. Vel ſm ſ. Tho. iſta onera ſunt ſupflue ordinatiōes ⁊ ſtatuta que iſti ſupaddebant legi: fingētes q fuit Moyſi data quedā lex que ab eo non eſt redacta in ſcriptis. Sed poſtmodū fuit p talmudiſtas ſcripture mandata. Alligatur autem ſpiritualiter bonus cum ſit ſtatutum. Prima ergo onera alligabāt iſti: quia alligata declarabant ſcrupuloſe: ſecūda vero alligabant ſimpliciter ipſi vel patres eorum (Et imponūt i humeros hominū) Metaphorice loquendo inquantū aſſerūt homines ad hmōi ſtatuta eē obligatos (Digito āt ſuo nolūt ea mouere). i. nō volūt minimā ptē oneꝝ ſētire: ⁊ mlto minꝰ volūt ſupponere eis hūeros totū portādo. Et p hec

vult innuere ſaluator ꝙ nõ ſunt ſancti: ſed
hypocrite: ⁊ hoc ne credatur eis q̃ detra
hunt ſibi ⁊ euãgelice doctrine. Sed nũqd
diſcipuli ⁊ turbe debebãt portare iſta ĩpor
tabilia onera? Dico ꝙ ſic ſi erãt onera legꝫ
recte tradita: quia nõ peccabãt illi in h̃ ꝙ
imponebãt humerꝫ hoim: niſi aliud addi
diſſent: ſed peccabãt in hoc ꝙ ipi eadẽ nõ
portabãt. Secus aũt de oneribꝫ talmudi
cis ⁊ phariſaicis: quia erãt fictiões. Et q̃
nõ ſolũ iſti ceſſabãt a portãdis oneribꝫ.i.a
bonis opibꝫ exercẽdis: ſed etiã mala faci/
ebãt. ⁊ erãt nõ ſolũ nõ boni: imo etiã ma/
li. ideo ſubdit: (Oĩa ꝟo opa ſua faciunt
vt videant ab hoibꝫ.) Et 2ñr ſunt cupidi
inanis glorie: imo valde cupidi. quod no
tat ſm Chryſ. quia non tm̃ quedam: ſed
oĩa opa ſua faciũt ꝑpter hoim applauſum
⁊ fauorẽ (Dilatant eñ phylateria ſua:) vt
meli⁹ videant ipa phylateria: breuia ſcꝫ vl
chartule in qbꝫ ſcripta erãt decem ꝓcepta
legꝫ. a phylaxe qđ ẽ ſeruare: ⁊ thorath lex
q̃ſi qdam memoralia ſeruãde legis. nam
ſm Hiero. dñs cũ dediſſet mandata legꝫ
ꝑ moyſen: ad extremũ intulit Deu. vj. Li
gabis ea ĩ manu tua: ⁊ erũt ſemꝑ añ ocu/
los tuos ꝑ hoc volens ſignificare ꝙ corde
quiſqꝫ meditaret ĩ eis ⁊ opere compleret.
Sed hoc vt dicit phariſei male interp̃tã/
tes: ſcribebãt decẽ ꝓcepta legꝫ in chartul
litteris magnis: vt qdam alij dicũt: ⁊ liga
bant in fronte in modũ corone: vt ſꝑ ante
oculos mouerent: ⁊ ſilr ligabãt ĩ brachijs
(Et magnificãt).i. pre ceteris magnas fa
ciunt (fimbrias) vt ſanctiores ceterꝫ videã
tur. Judei eñ vt nõ ſolũ carne ꝑ circũciſio
nẽ: ſed etiã veſtibꝫ ab alijs diſtinguerent:
ꝓcepto dñi fimbrias in q̃ttuor angul pal/
lioꝝ portabãt: in qbꝫ phariſei ſm Hiero. te/
ſte ligabant ſpinas acutiſſimas vt dũ am/
bulando vl ſtando pungerent: ꝓceptoruꝫ
dei mẽorarent. Et reuera ĩ his oibꝫ vt idẽ
ait: fauorẽ ꝑpli ⁊ lucra mulierculaꝝ ſecta/
bant. Rep̃hendit aũt h̃ Chryſ. eos q̃ ver
ba euãgelij ſuſpẽſa ponũt ad collũ: ꝑpter/
ea ꝙ virtus euãgelij nõ eſt in figuris lit/
teraꝝ: ſed in intellectu: ac ꝑ hoc meli⁹ ĩ cor
de q̃ȝ in collo reponunt. Ad quod dicit ꝙ
nõ credit hoc eẽ peccatũ: cũ ſine ſuꝑſtitio
ne fiat: ſm ſanctũ Tho. quia de btã Ceci/
lia legit ꝙ ſemꝑ euãgeliũ gerebat ĩ pecto/
re. Sanct⁹ etiã Barnabas per euangeliũ
beati Matthei ſanabat infirmos. ⁊ mere
trix ſuꝑ nicolaũ ſenem habẽtẽ euangeliũ
vidit mirabilia: vt patꝫ in legẽda ſcti An
dree. Ad rõnem Chryſ. dico ꝙ veꝝ dicit
ꝙ meli⁹ recõdunt in corde verba ſancta q̃ȝ
in collo: ſed nõ poſſunt ſemꝑ in corde tene
ri: ideo meli⁹ eſt habere in collo ⁊ in corde
q̃ȝ in corde tm̃ vel in collo tm̃ q̃ȝ neqꝫ ĩ cor/
de neqꝫ in collo. Nec eſt incõueniẽs ꝙ in ſi
gnis ⁊ figuris gratia ſignificatoꝝ ſit aliq
ſpũalis virtus intentionalr ⁊ diuinit⁹ ĩfu
ſa. Sicut eñ ſm ſanctos de⁹ eã dedit ver
bis ſacramẽtalibꝫ: quod ꝓhibet credere ꝙ
etiã dederit eã figuris maxime cũ etiã de
derit eã fimbrie veſtimẽti chriſti: ⁊ quod ẽ
fortius: vmbre petri.i. aeri ĩ quo erat vm/
bra petri. Nõ eñ eſt veriſimile ꝙ oẽs infir
mi qui ad vmbrã petri ſanabant: ꝓ omib⁹
petri ſanarent: ſed fiebãt illa miracula ex
poteſtate.i. per virtutẽ a deo collatã Pe/
tro: ⁊ a petro ꝑ ſubiectũ vmbre ei⁹ vſqꝫ ad
infirmantiũ corꝑa deriuatã. Qꝫ ꝟo phari
ſei opa ſua agant ꝑpter inanẽ gl̃iaꝫ: ꝓbat
iteꝝ domin⁹ a ſigno cũ dicit (Amant aũt
primos accubit⁹ ĩ cenis) .i. primas ſedes
ad menſam. Quia eñ antiqui comedebãt
in lectis / comedẽtes dicunt recũbere vel
accumbere: ⁊ ſedes menſe dicũt accubit⁹
(⁊ primas cathedras in ſynagogis ⁊ ſalu/
tatiões) cum inclinatiõe capitis et flexiõe
genuũ ſm Chryſ. (in foro:) vbi ſunt mul/
ti poti⁹ q̃ȝ in priuato: lꝫ vbiqꝫ h̃ appetant
et vbiqꝫ ſit culpa: ſm Raba. (et vocari ab
hoibꝫ rabbi).i. magiſter ſiue doctor.) Jn
omibꝫ tamẽ his ſm Chryſ. non vituperat
factũ / ſed ambitio. Nõ eñ eſt malũ recum
bere in primo loco: ſed ipm ꝓmatũ: ambi/
re: ⁊ ſic de alijs. Jn hac parte habẽt docu
mentũ confeſſores imponẽtes exceſſiuas
penitẽtias. Dicit eñ Chryſ. loquẽs de al
ligantibꝫ onera grauia. Tales inqt ſunt q̃
graue pond⁹ venientibꝫ ad penitentiã im
ponũt: ⁊ ſic dũ p̃ſens pena fugit / contẽnit
penitẽtia futura. Si eñ faſcem ſuꝑ humeꝝ
ros adoleſcentꝫ quẽ nõ põt baiulare poſue
ris: neceſſe habꝫ vt aut faſcem reijciat: aut
ſuſcipiẽs dum plus ferre non poteſt: ſcan/
dalizatus amplius peccet. Deinde ſi erra

mus modicā penitentiā imponētes: nōne
melius ꝓpter miſericordiā reddere rōnez
ꝙ ꝓpter crudelitatez. Ubi paterfamilias
largus eſt: diſpenſator nō debz eſſe tenax.
Si deus benignus: vt qd ſacerdos eiꝰ au
ſterus: Uis apparere ſanctꝰ: circa vitā tu
am eſto auſterꝰ: circa alioꝝ benignꝰ. Au
diāt te hoīes parua mandantē ꝛ grauia fa
cientē. Talis aūt eſt ſacerdos q ſibi indul
get ꝛ alios exigit: queadmodū malus de-
ſcꝑtor tributi i ciuitatibꝫ: qui ſe releuat: et
onerat impotētes. Hec ille.

Quantū ad tertiū hortaꝛ nos chrs ad
humilitatē / cū dicit (Uos aūt nolite voca
ri rabbi) Ubi aduertēdū eſt ſm Chryſ. ꝙ
multa rephēderat in phariſeis minima: d
quibꝫ diſcipuli nō indigebāt turbari: ideo
illa chrs ꝑtermiſit: ſed qd erat oim malo-
rum cauſa. ſ. thronū appetere magiſtralez
hoc adducit i mediū. Sed cōtra: qꝛ apl's
ij. Timo. j. appellauit ſe magiſtrū / dicēs:
In quo poſitꝰ ſum ego ꝑdicator ꝛ apoſto
lus ꝛ magiſter. Ad hoc dicit ſanctꝰ Tho
mas in libro cōtra impu. rel. ꝙ dominꝰ h
ꝓhibuit ſolū ambitionē circa magiſteriū:
nō autem ꝓhibuit officiū magiſtri: qd eſt
docere, vł etiā nomē magiſtri: qd confert
ad vtendū ſcientia iam habita in docēdo.
Aliter idē ſoluit ſup Matth. et Chryſ.
ibidē ꝛ Hiero. quia magiſter ꝓprie ꝛ ſim-
pliciter eſt qui a ſe habet doctrinā: nō aūt
ille qui eā habet ab alio ꝛ alijs diſꝑgit: qꝛ
eſt diſcipulꝰ eiꝰ qui ſibi tradidit illā. So-
lus aūt deꝰ habet a ſe doctrinā. Itē mgr
eſt ꝓprie qui docet: hō aūt non docet ꝓprie
hoiem: alioqn oēs habētes doctores ad-
diſcerēt: ſz deꝰ docet interiꝰ ꝑ intellectū: ꝛ
homo coadiuuat exteriꝰ ꝓponēdo aliq eo
modo q medicꝰ adiuuat naturā Eſt g ho
mo vt dicit ſctūs Tho. in. q. d ꝟitate. q. xj
magiſter miniſterialiter tm tāq̄ iſtrumē-
tū vel adiutor magiſtri ꝑncipalr ꝛ eētia
liter dicti. de quo ſubdiꝛ (Unꝰ eſt em̄ ma-
giſter veſter) ꝓprie ꝛ ꝑncipalr ꝛ ſimpliciter
ꝛ eſſentialiter (omēs aūt vos fratres eſtꝫ)
qꝛ filij dei ꝑ adoptionem vł creationē (Et
p̄rem nolite vocare vobis ſup terrā) Sed
cōtra hoc eſt conſuetudo antiqua mona-
ſterioꝝ: in qbꝫ ſeniores patres appellātur.
Ad hoc dicitꝛ ſm mētē Hiero. ꝛ ſcti Tho

me ꝙ ſup terrā nō debemꝰ cognoſcere pa
trem principalē niſi deū: qui eſt oim patꝝ
pater: ꝛ animā nobis dedit: abuſiue tn̄ et
ſecūdario poſſumus aliqs appellare p̄res
rōne etatis / vel etiā corporalis generatio
nis. Nā vt ait Hiero. ſicut vnus filiꝰ dei ꝑ
naturā nō ꝑiudicat ceteꝛ quin poſſint di
ci filij dei ꝑ adoptionē: ita ꝛ vnus paꝛ et
magiſter: non ꝑiudicat alijs quin abuſiue
vocenꝛ ꝛ p̄res ꝛ mgri: lz vnus ſit principa
lis: de quo dicitꝛ (Unus eſt em̄ pr veſter q
in celis eſt. Nec vocemini magiſtri) Con-
tra qꝛ iam hoc ſuperiꝰ dixit Ad hoc dicūt
qdam ꝙ replicat idē ꝓpꝛ periculū magnū
ambitiōis ꝛ elationis circa magiſterium.
Alij aūt dicūt ꝛ meliꝰ ꝙ ſupra dictū eſt de
mgro docēte verbo: h aūt de docēte exem
plo ſanctitatis. Chrs aūt eſt qui datꝰ eſt
oibꝫ in exēpluz viuēdi: vt dicit ſctūs Tho.
iij. par. q. xl. nō aūt alij ſancti: niſi quatenꝰ
fuerūt imitatores chri. vn̄ ſubdiꝛ: (Quia
magiſter vr̄ vnus eſt chrs) Non dicit de-
us: quia deum quē nō videmꝰ / imitari nō
poſſumꝰ. Aug. Homo imitandꝰ nō erat
qui videbaꝛ: deus imitandꝰ erat q non vi
debaꝛ. Ut ergo deꝰ exhiberet hoi eum q
ꝛ ab hoie videreꝛ: ꝛ quē homo ſeqreꝛ: deꝰ
factus eſt homo. Hec ille. Et qꝛ hactenꝰ
dominꝰ induxit ad fugā elationis: nūc in-
ducit ad amplexū humilitatis / dicēs (qui
maior eſt veſtrū / erit veſter miniſter.) qd
ſanctꝰ Tho. dupliciter exponit. Primo ſic
Erit veſter miſter. i. ſe debz exhibere mi
niſtrū. Uel ſcdo erit veſter miniſter in ſua
exiſtimatiōe. Augꝰ. Qui preeſt nō ſe exi-
ſtimet p̄tāte dominātē ſed charitate ſer-
uiente felicē. Hec ille. Uł aliter ſꝫ alios:
Qui maior eſt. i. vult eſſe in veritate: erit
vr̄ miſter / ſeꝫ vilibꝫ exercēdo: ſm decētiaz
ſue ꝑſone et officij: (qui aūt ſe exaltauerit /
humiliabiꝛ: ꝛ qui ſe humiliauerit / exalta-
biꝛ) Remig. Qd ſic intelligiꝛ: Oms qui
ſe de ſuis meritꝫ extollit / apud deū hūilia
biꝛ: ꝛ qui ſe de beneficijs humiliat / apd de
um exaltabiꝛ. Hec ille. Uel aliter: Qui ſe
exaltat / ambiēdo primatū: humiliabiꝛ ab
hoibus vel a deo vel ab vtriſq. ꝛ q ſe hu-
miliat appetēs ſubeſſe: et fugiēs elationez
exaltabiꝛ ab hoibꝫ vł a deo vel ab vtriſq.

Moraliter ſciēdū eſt euidēs ſignū eſſe

ꝙ aliqͣs ſit celeſtis patrꝭ filius vel terreni
ꝓmo reſpicere celũ vel terrã: ⁊ ſcdo eſſe al
bum ꝑ purit atẽ: vel nigrũ ꝑ opatione. Fi-
lij em̃ aſſimilãt patri. Unͦ ⁊ ſm glo. ſup il
lud: Pullis coruorũ ⁊c. Filij corui ꝙdiu
ſunt albi erectis ad celũ roſtris paſcunt a
deo: ſed vbi ſunt nigri ꝑ plumas/paſcunt
a parẽtibꝫ. Et tertio honorare parentes
Unde ⁊ filij ciconie parẽtes paſcũt: ſed fi
lij vipere eius latera dirũpunt: quia dicta
eſt vipera: quia vi pariat ⁊ partu ipo̾ ru-
ptis lateribꝫ moriat.

Feria q̃rta poſt dñicã. ij. qua
drage. Text⁹ euãg. Mat. ca. xx.

a Sſcendẽs Jeſus hie-
roſolymã aſſumpſit
duodecim diſcipłos ſu
os ſecreto ⁊ ait illꝭ: Ec-
ce aſcendimus hieroſolymã: et
filius hoĩs tradet principibꝫ ſa
cerdotũ ⁊ ſcribis: ⁊ condemna-
bunt eũ morte. Et tradent eũ
gentibꝫ ad illudendũ ⁊ flagellã
dum ⁊ crucifigendũ. Et tertia
die reſurget. Tũc acceſſit ad eũ
mater filioꝝ zebedei cum filijs
ſuis: adorãs ⁊ petens aliq̃d ab
eo. Qui dixit ei: Quid vis? Ait
illi. Dic vt ſedeant hi duo filij
mei vnus ad dextrã ⁊ vnus ad
ſiniſtrã tuã i regno tuo. Reſpõ
dens aũt Jeſus dixit: Neſcitis
quid petatis. Poteſtis bibere
calicẽ quẽ ego bibiturus ſum? Di
cũt ei: Poſſumus. Ait illis. Ca
licẽ quidẽ meũ bibetꝭ: ſedere au
tem ad dexterã meam ⁊ ad ſini
ſtrã nõ eſt meũ dare vobis: ſed
q̃bꝫ paratũ eſt a patre meo. Et
audiẽtes decẽ idignati ſunt de
duobꝫ fratribꝫ. Jeſus aũt voca-
uit eos ad ſe: ⁊ ait: Scitis quia
principes gẽtiũ dñant eoꝝ: ⁊ q̃
maiores ſunt ptãtẽ exercent in
eos. Nõ ita erit inter vos. Sed
q̃cũqꝫ voluerit inter vos maior
fieri. ſit veſter miniſter. Et q̃uo
luerit iter vos primus eſſe: erit
veſter ſeruus. Sicut fili⁹ hoĩs
nõ venit miniſtrari ſed miſtra-
re ⁊ dare animã ſuã redemptio
nem pro multis.

a Scendens Jeſus
hieroſolymã ⁊c.) Matth. xx.
Ju p̃ſenti euãgelio tangũtur
tria puncta: q̃ ſunt: Prenũcia-
tio: poſtulatio: ⁊ indignatio.

Quãtũ ad ꝓmũ tangit p̃nũciatio paſſi
onis chꝛi: cũ dr: (Aſcendẽs Jeſus hieroſo
lymã). i. hierlm: q̃ erat in mõtibꝫ: ⁊ emine
bat i tota terra ꝓmiſſiõis (aſſumpſit duo-
decim diſcipulos ſuos.) Et q̃ ptꝫ ꝙ inter
eos erat iudas. Forſitã em̃ adhuc erat di
gnus: vt dicit Orige. audire cũ alijs. Et
ſctũs Tho. dicit ꝙ nõdũ ↄcepat malũ. qd̾
videt itelligẽdũ de ꝓditõe: vtꝝ aũt iã eſſet
latro/credo ꝙ ſic: ſꝫ erat occult⁹. (ſecreto)
Primo ſm Chryſ. qꝛ paſſio chꝛi eſt p̃cio
ſiſſimus theſaur⁹: cũ vt ait nihil ſit ꝓpter
qd̾ magꝭ debeam⁹ deo grãs agere: idõ i
vaſis electꝭ erat rcõdẽd⁹. Et itedit ꝙ ꝓpt
reuerẽtiã paſſiõis chꝛi ꝓmo eã debuit pu
blicare dignioribꝫ ꝑſonis. i. aplis familia-
rioribꝫ chꝛo. Scdo ſm eum. qꝛ ceteri erãt
ipfecti ⁊ ↄturbati ⁊ auerſi ab eo fuiſſent: ſi
ei⁹ morte audiuiſſẽt: ⁊ mlieres etiã tumul
tũ feciſſent. Et tertio ſm eũdẽ Chryſ. qꝛ
ſciebat mrẽ filioꝝ zebedei aliq̃d peturã
⁊ idõ decliauit a via: vt ei daret locũ ad pe
tẽdũ: ⁊ inde diſcipłos inſtrueret. Et q̃rto
vt elicit a Cypriano/i exẽplũ tuũ: ꝙ ſi vis
aſcẽdere ad crucẽ religiõis: nõ manifeſtes
multis ↄſiliũ tuũ. Et q̃nto ad ↄdẽnandã
hypocriſim: q̃ ad crucẽ pnie nõ vadit ſecre
to ſed patẽter (Et ait illis:) p̃dicẽdo paſſi
onẽ ſuã ⁊ reſurrectionẽ: ſm Cyrillũ/vt ſci
rent eũ volũtarie pati: ⁊ ꝓpter alia que dr
cent (Ecce aſcendim⁹ hieroſolymã: ⁊ fili⁹
hoĩs). i. ipemet ſic ſe appellãs: vel qꝛ vni⁹
tm̃ ſit filius. ſ. virginis: vel hũilitatis cau-
ſa: cum ſe poſſet dicere filiũ dei (tradetur)
a iuda: (principibus ſacerdotum.) Forte